Vellem inquam ut sapius Sanctorum Patrum hac de
re disserentium eruditio plane sentiam [struck-through word] ac opinione
legissent, qui versum illum Statiae Romanae applicandum
pulchre ostendunt: quae Nigra est per culpam, speciosa
per gratiam, nigra per vitium, speciosa per laudem, nigra
per delictum, speciosa per Christum. Vides quid Nigrum
Ambrosius appellet, quod scil: culpa, et vitio, et de-
licto obnoxium est? Si vero eundem et de Virgine
Matre dictum esse velis, non dispendio, verum non in
sensu ut verecunt, litterali, sed tropologico ipsum
intelligendum esse varios ob usos adhortor. Nam varii
sensui reclamant ipsius Virginis venerandissimi ca-
pilli, Magni instar Muneris monumentis relicti, quos
aureum, non Vulcanum aemulari testes oculati omnes affirmant.
Num nonne eadem pulchra ut luna vocatur? At
lunam rubro potius, quam nigro colore affectam esse, nemo
est qui ignoret. Num nonne haec ipsa flos campi
ac speciosa in campis appellatur? At vos Nigri
quaeso, quem florem, aut aliud quidcunque, nigrum
conspexistis? omnia prata, omnes Elysios campos, Atque
Adonidasque hortos omnes, in quibus nihil quod Flora
in statu Deorum produxit, non luxuriare credidit, haec
omnia, inquam, non animo solum, sed et pedibus percurrite,
nullam profecto rosam, nullum florem, nullam plantam
nigram, praeter solos fabos, reperietis, quae ob id

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20156r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20156r)